

M0008038: Isidore of Seville: Etymologiae (1472): first page

Publication/Creation

July 1941

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/q5zjhqsu>

License and attribution

Wellcome Library; GB.


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ISIDORI · IVNIORIS · HISPALENSIS · EPISCOPI
EPISTOLA AD BRAVLIONEM CESARAVGV,
STANVM · EPISCOPVM · INCIPIT · FELICITER



Omino meo & dei seruo Braulioni episcopo
isidorus episcopus. Omni desiderio desideravi
nunc videre faciem tuam et utinam aliquando
impleret deus votum meum antequam moriar.
Ad presens autem deprecor ut commendes me
deo orationibus tuis et ut in hac vita spem meam
impleat et in futura beatitudinis tue consortium michi concedat.
ET · MANV · SV̄A · Ora pro nobis beatissime dñe et frater

BRAVLIO · AD ISIDORVM

Omino meo et vere domini christique electo isidoro episcopo
summo Braulio seruus inutilis seruorum dei. O pessimi
me domine & virorum prestantissime sera est inquisitio
& tarde data est michi scribendi optio quia peccatis meis ingru-
entibus non modo sterilitatis vel inopie malo verum etiam pestis
mortalitatis luis & hostilitatis quo minus inquirerem horribili
sum prepeditus incursum. Nunc autem & si mille necessitatibus
mille curis attritus post longum miserie tempus velut ab improbi
soporis (ut ita dixerim) guedie suscitatus istius mee suggestionis
affatibus dependere presumo salutis obsequium & cordis & cor-
poris humilitate prostratus imprecans excellentissimam tue bea-
titudinis potestatem ut peculiarem famulum tuum quem pio
sacre dignationis intuitu semper habuisti susceptum usque in finem
habere iubeas commendatum. Nam ego (christus nouit) graui dolore
discrucior quod emenso tempore tam prolixo vel nunc vestrum non
mereor videre conspectum sed spero in illum qui non obliuiscetur
misereri nec repellit in finem quia exaudiet precem pauperis et
vestro miserum me representabit aspectui. Suggero sane et omni-
moda supplicatione depono ut libros ethimologiarum quos
iam deo fauente audiimus consumatos promissionis vestre me-
mores seruo vestro dirigere iubeatis quia ut michi sum conscius
magna ibi ex parte serui tui postulatione sudasti & ideo in me
primum existe munificus sic in sanctorum caetibus & foelix